UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqva monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Cap. 6. Se filiis Sem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64160

Visual Library

Pamphyliam, Piſidiam, Myſiam, Lycaoniam, Phrygiam, Carmaniam, Lyciam, Cariam, Lydiam, *a* Miſuam, Ilium, Troadem, Æolidem, Bithyniam veterem, Phrygiam altiorem. Habet etiam Inſulas has: Sardiniam, Cretam, Cyprum & fluuium Geon, qui appellatur Nilus. Diuidit autem inter Cham & Iaphet vſu veſpertini maris hæc media Cham generatio.

a m. f. Miſam tiliam.

Cap. 6. De filiis Sem.

DE SEM autem ſeniore filio Noe, tribus cognitæ XXV. Ii ad Orientem inhabitauerunt. Filij Sem, Helam, de quo Helimei, & Aſſur, de quo Aſſyrij; & Arphaxad, vnde Chaldęi; & Ludim vnde Lazones; & Aram, *b* vnde Cites priores: hoc excidit Abraham. Filij Aram, *c* Oſceun de quo Lydij; & Gether, de quo *d* Garſini; & *e* Mær, vnde Maſſini. Et Arphaxad genuit Sale, Sale genuit Heber; vnde Hebræi. Et Heber nati ſunt duo filij, Phaleg & Deboh, vnde ducit genus Abraham ætatem; & Iectan. Iectan, autem genuit Helmodam, de quo Indi: & Saleph, de quo Bactriani; & Aſarmoth, de quo Arabes priores; & *f* Cyduran, de quo Kamer: & Derſa, de quo Mardi; & Ezech, de quo Arriani; & Glain, de quo Cydruſi: & Hebal, de quo Scythæ priores; & Abimehël de quo Hyrcani; & Sabath vnde Sabæi primi; & Ophir, de quo Armeni; & Euilath, vnde gens Helij, omnes Bactriani; Omnes autem hi de tribu filij Sem.

Gen. 10.
b. locus vitioſus
c. leg. Hus & Hul
d. Sargaran ſena Ptolomæo Cappadociæ.
e. leg. Mes.
f. leg. Adoran de q. k. e. Decla de quo Mardani & Vzal.

Cap. 7. De habitationibus omniũ filiorum Noe.

OMNIVM autem filiorum Noe habitationes ſunt LXXII. à Bactris vſq; Rhinocoruris, quę diuidit Syriam & Ægyptum & rubrum mare à Borea Arſinoës quæ eſt Indiæ. Hæ ſunt autem gentes, quæ ſunt factæ ex his: Hebræi qui & Iudæi, Perſæ, Medi, Pœni,